



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Admirandvm vindictae divinae theatrvm**

**Tympe, Matthäus**

**Monasterii Westphaliae, 1611**

Periurium

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51314)

## PENNIVNTVR PERIVRI.

**I**N veteri testamento legitur fames in Iudea exorta, quod Saul Gabaonitarum nonnullos, cōtra vetera gentis Iudaicæ pacta cum illis inita & iureiurando firmata, necasset. Nec ante hæc plaga irati numinis cessavit quàm septem Saulis filij, auctore facinoris iã diu mortuo suspensio vitam finirent.

1.

Apud Ezech. cap. 17. Zedechias in Babylonem abducendus ibiq; moriturus prædicitur, quod iuramentum quo Regi Babylonis oblitricus erat, violasset. Quam prædictionem cum postea euētum sortitam esse ex c. 51. Hieremiæ intelligi possit, hanc calamitatem Zedechiæ diuinitus accidisse patet.

2.

Cum quidam nequam perditum homuncionem grauem & seueram eam rationem, qua per vniuersam vitam tum in hominibus acriter admonendis, tum in eorum vitijs corrigendis vti consuevit Narcissus Hierosolymorum Episcopus, neuiquam ferre possent, præ metu ne ipsi propter infinita scelera, quorum similibus conscij erant, iudicati ab ipso pœnas luerent: cœperunt contra illum consutis dolis conspirare, & turpem quandam criminationis calumniam in eum conijcere, deinde quo magis auditoribus criminationis falso obiectæ fidem facerent, eam iureiurando confirmare, atq; vnus sic deierare: Si non veridixerim, opto vt ignis incendio misere disper-

3.

Euseb. lib.  
6. c. 8. 9.  
Niceph. li.  
5. c. 9.

Falsi criminis à tribus testibus accusatur Narcissus.  
Testes falsi horrendis execrationibus deuouent se ipsos.

Y am,

**Primus im-  
precatur si-  
bi incendi-  
um, 2. le-  
pam, 3. ca-  
ritatem.**

**Multis an-  
nis anacho-  
reticam vi-  
tam ducit.**

**Diaina  
vincta  
in peccan-  
tes.**

**Prioribus  
vt precati  
erant eue-  
nt.**

am, alter vero sic: Si non vere dixerim, opto  
vt sauo ac foedo (regio) morbo corpus ab-  
matur. Tertius autem hoc modo: opto si  
verè dixerim vt luminibus penitus orb-  
sim. Verum quamuis nemo ex fidelibus pro-  
pter nobilitatem & testatam inter omnes  
nino Narcissi castimoniam, atq; adeo ob-  
rationem ex virtutis regula traducta, illi  
grauissimo iureiurando se obstringentem  
animum aut fidem adhibuerit: ille ipse  
men partim præ indignatione falso ob-  
criminationis, partim præ cupiditate  
in sapientiæ ac virtutis studio degen-  
quam iam diu optauerat ab oculis vitæ  
multitudinis se penitus remouit, & in soli-  
dine locisq; desertis ad multorum annorum  
spatium vitam transegit.

Verum sublimis ille diuinæ iustitiæ  
tionisq; obtutus his sceleribus patratum  
nime acquieuit: sed quàm celerrime in  
illos & nequam homines, qui inter iura-  
dum tam diris execrationibus se contra  
ipsum obligassent, grauib; calamitatibus  
pressit. Primus igitur illorum scintilla  
exigua noctu in ædes in quibus habitabat  
ex nulla causa antegressa, subito ruente  
ferè cum tota familia suaq; stirpe rap-  
flammarum ardore omnino conflagrauit.  
Alterius corpus eodem morbo, quem  
tanquam multam fore imprecatus esset,  
extremis pedum digitis ad caput vique  
fuit

fectum contabuit. Tertius ærumnosus Priorum euentus adspiciens, & Dei, qui oculis omnia intuetur, ineuitabilem ultionem admodum reformidans, palam inter omnes maleficia communiter à se suisque socijs per fraudem contra Narcissum admissa confessus est, sed tamen dum pro delicto grauissime condolebat, tantis tamque acerbis lamentis se afflictauit & vsq; eo lacrymas effundere non destitit quoad vtrumque oculum sibi penitus extinxisset. Atq; hi pro ea criminatione falso contra Narcissum conficta tales pœnas persoluerunt, hæc Euseb.

Tertius poenitentia sceleris ductus illud tam iugibus lacrymis defleuit vt cæcus fieret

S. Aug. ep. 137. Nos nouimus, ait, Mediolani apud memoriam sanctorum, vbi mirabiliter & terribiliter dæmones confitentur, furem quendam, quia ad eum locum venerat vt falsum iurando deciperet, compulsus fuisse cõfiteri furtum & quod abstulerat redere.

4. Martyrum reliquæ vindicæ veritatis.

P. Martinus Delrius, Miles quidam, ait, per Marchiam iter faciens, cum morbo impeditus detineretur, decumbens, tradidit crumenam pecunia refertam hospitæ asseruandam. Post aliquot dies, cum cõualescit, repetit faccum. mulier auara cum agrè tantam pecuniam amitteret, deliberat cum viro, vtrum redere debeat, ineunt consilium vt mulier neget depositum. Quare cum miles suū repetere illa cõfidenter negat se quidquã accepisse, simulat se mirati impudentiã militis, qui ausit

5. disq. mag. li. 3. p. 1 q. 7 f. 1. ex Germano l. C. li. 1. de lamijs C. de malitia diaboli.

X 2 flagi-

flagitare cum nihil dederit asseruandum. miles, indignitate rei motus, obijcit vicissim spiritæ perfidiam. Quare maritus, tanquam defensusur suam coniugem, extrudit militem domo. is ante fores irritatus scelere, hostem stringit gladium, veluti impetum facturum virum & ferit ianuam. Hospes imploratum vicinorum & queritur suas ædes oppugnari. accurrunt lictores & militem quod publicam fecisset abducunt in carcerem. aliquot dies senatus oppidi alio mittit notificationem facti & sententiã perscribi petit. Stabat ædes publicè oppugnatas esse, fertur sententia vt miles vltimo supplicio ficiatur. Cumq; iam instaret dies iudicii, diabolus in carcerem ad captiuum, inquit ei, quam sententiam iudices laturi sint, & licetur se hoc periculo eum liberaturum aduocati personam pro ipso in iudicio sumum: hac conditione vt se diabolo dedat. miles cõstanter respondet se potius moriturus esse quamuis sit innocens. Cum vero diabolus verbis multis exaggerasset periculum, nec tamen inflexisset militis animum, pollicetur ei liberationem sine vlla conditione. Et cum veneris, inquit, in iudicium, imperitum esse forensium negotiorum & trono indigere: ibi astabo caruleo pileo & ornato pennis. Pete igitur vt me iudicant causam dicere. miles, qui hoc sine impudenter facturus videbatur, ait se hoc cõsilio

rum esse. Postridie in iudicium ducitur miles, adest etiã orator tectus cæruleo pileo. ibi cum actor peteret militē propter vim publicā capitali supplicio affici, miles respōdit se imperitum forensium negotiorum, petere, vt liceat isti suo aduocato pro se dicere, concedunt iudices. ibi diabolus de iure eruditē disputat: non esse capitali supplicio afficiendum eum à quo non sit ortum rixæ & tumultus initium: ait ab hospite militem vi extrusum & spoliatum esse, iubet quæri faccum, & locum monstrat. ibi cum hospes vehementer negaret, addit etiam diras imprecationes, vt ipsum abreptum diabolus perderet si fecisset. Hanc imprecationem cum inuocatione diaboli cum aliquoties repetiisset, ibi causidicus omnia iam disputatione forensi adoritur hospitem & comprehensum per fenestras & medium forum omnibus perhorrescentibus, cum fragore abducit, nec postea vnquam corpus hospitis inuentum est. Hæc fuit pœna falsum iuramento confirmantis. Non dissimilis fuit promissionem iuramento firmatam violantis quam refert his verbis idem Delrius.

In Saxonia virgo opulenta formoso iuueni at tenuioris fortunę matrimonium promittit. Hic quid futurum pręuidens, illam prędixit & sexus ratione mutabilem, fidem vix, seruaturam esse, puellæ respondit: illa contra diris se execrari his verbis cœpit: Si alteri quam tibi nupsero tūc me diabolus in nupijs

Y 3 illis

En auaritia  
am impre-  
cationum  
causam &  
iniustitiæ  
quomodo  
Deus vitus  
per carnifi-  
cem suam.

6.

Corpore  
& anima  
diabolo  
traditur  
quæ pro  
missionem  
nuptiarum  
violauit &  
imprecationem  
additam  
contem-  
psit.

illis abripiat. Quid fit? Post interuallum  
quod mutat animum, nubit alteri  
sponso spreto, qui eam semel atque iterum  
promissi diræque imprecationis admo-  
nuit. Sed illa posthabitis his omnibus nuptiarum  
altero sponso, relicto priore, celebrat  
sponso die nuptiali, cognatis, amicis, & con-  
uicis hilaribus, sponsa, vigilante conde-  
ditur tristior solito. Tandem cum  
duo sub specie duorum equitum in adu-  
ptiales adueniunt, excipiuntur, addu-  
tur mensæ, hisque remoris, choreæ, &  
ex his sponsa, honoris causa, tanquam po-  
grino adiungitur, cum qua bis saltat  
tandem eam à conspecto parentum & con-  
corum, summo cum gemitu & lamen-  
tatione, per ostium in altum sustulit, &  
ro die parentes & amici mæsti sponsam  
runt, ut delapsam forte sepelirent, sed  
iisdem socij occurrunt, vestes & aurum  
rentes, additis his verbis: non in has res  
in sponsam à DEO nobis fuit concessa  
stas.

Narrat idem Delrius ex Virg. Polydorus  
Anglor. Goduinum comitem, cum periret  
sibi esset necem imprecatus, subito pe-  
nis bolo fuisse suffo-  
catum.